

ciusdem ecclesie prepositus. Uolkwinus. Conradus. Lodewicus. Canonici Cicenses: Hartmannus. Teodericus. Uualterus. Teodericus comes de Growz. Nobiles: Uulfinus burcravius de Cicc. Albertus de Drowzk. Ministeriales: Hugo dapifer. Poppo marscaleus. Arno et Herbort fratres. Uuigmannus et Guncelinus fratres. Otto. Albertus de Growz. Uuernherus de Satem. Conradus de Hilburch. Wiboldus de Lusiz et alii plures. Actum 5 anno dominice incarnationis m. c. lxxxxx. vii.; data xviii kal. februarii, regnante domino Heinrico imperatore; feliciter :amen.:

(S.)

(S.)

## 17.

*Erzbischof Adolf von Cöln bekennt, daß sein Vorgänger, der Erzbischof Philipp, alle die dem Land- 10 grafen Ludwig zustehenden, am Rhein belegenen Allodialbesitzungen, mit Zubehör, für 3500 Mark gekauft und von ihm und dessen Tochter Jutta übereignet erhalten und an beide, kurze Zeit vor seinem (Philipps) Tode einen Theil der Kaufsumme bezahlt, der nachherige Erzbischof Bruno aber nach dem Ableben des Landgrafen abermals eine Abschlagszahlung an den Gemahl der Jutta, als der einzigen Erbin der väterlichen Allodialverlassenschaft, den Grafen Konrad (fälschlich Tirricus 15 in der Urkunde genannt) von Landsberg geleistet und endlich nunmehr er, der Erzbischof Adolf, an diese beiden den Rest völlig abgetragen habe.*

Köln, 1197 Jan. 22.

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Düsseldorf. Das S. des Erzbischofs an gelben, grünen und rothen Seidenfäden.  
Gedr.: Lacomblet, Urkundenb. für die Gesch. des Niederrheins 1,554.*

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Adolfus divina favente clementia sancte 20 Coloniensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Cum ea, que a mortalibus aguntur, tractu temporis in oblivionem frequentius deducantur, dignum est illa scripto diligentius commendari, que ad honorem dei et ad defensionem ecclesie utilius acta et memorie digna commendari noscuntur. Proinde noverit tam futura | fidelium Christi quam presens etas, quod predecessor noster felicis 25 memorie Philippus archiepiscopus ob munitionem terre et pacem ecclesiarum pactus est pro tribus milibus marcarum et quingentis marcis omnia allodia lantgravii Lvdewici, que sita sunt | in utraque parte Reni, a silva, que vocatur Osnikke, versus partes inferiores, scilicet castrum Bilestein cum attinentiis suis, castrum Widhe cum attinentiis suis et utrumque castrum Windecke cum suis attinentiis, ut omnia hec allodia Coloniensi ecclesie in 30 posterum perpetuo attinerent. Horum allodiorum traditionem ipse primum a prefato lantgravio Lvdewico et a filia sua Iutta recepit et predictae pecunie partem ante suum obitum persolvit. Post eum successor suus Brvno archiepiscopus patruus noster partem quoque eiusdem pecunie persolvit comiti Tirrico de Landesberg marito videlicet prefate Ivttē, que post obitum patris sui supra dicti lantgravii predictorum allodiorum legitima atque 35 unica heres fuit. Post hunc patrum nostrum cum per divinam misericordiam nos ad archiepiscopatus dignitatem accessissemus, predecessoris nostri pactum servare volentes, reliquum pecunie, quod restabat solvendum, integraliter prefato comiti Th[irrico]\* et Ivttē uxoris sue persolvimus et omnium predictorum allodiorum proprietatem a manu ipsius eiusdem comitis Th[irrico]\* et Ivttē uxoris sue sollempniter recepimus, ita quod idem ipse comes 40